

principio questionis, tenet Nicol. Garcia de benef. d. 9. part. cap. 2. nu. 206. prope finem, eandem esse opinionem comprobat Gonzalez d. gloss. 9. in annot. nu. 183. qui pariter potest intelligi in Parochialibus, tum quia fe refert ad gloss. nu. 115. ubi de his loquitur, tum etiam ex ratione modo tradita a nobis, & in hoc casu commodius erit, tertium genus violentiæ concedere, nempe reponendo attentata, & admittendo oppositorem, vim nullam esse; si minus ita fiat, vim esse deferendum, ac reponendum.

Et pro perfectione hujus materiæ circa illud, quod in secunda conclusione superius tradita, qua firmavimus appellationem interpositam in beneficiorum simplicium provisione, in contradictorio judicio & judicialiter per sententiam diffinitivam facta; habere utrumque effectum: nunc querere libet, an consuetudo in aliqua Ecclesia vigens, possit contrarium operari, ita ut debeat suslineri. Hanc questionem latè tractarunt Lancelot. Robert. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 48. Gonzalez supra à num. 211. Perez Lara de anniver. & cap. lib. 2. c. 15. nu. 13. Rota decis. 1155. 3. p. libr. 10. divers. Nicol. Garcia de benef. 9. part. c. 4. à n. 27. resolutentes unanimiter, hujusmodi consuetudinem exequendi sententias virtute earum, & mittendi in possessionem Capellaniam, seu cuiusvis alterius beneficii simplicis, illos, in quorum favorem latæ sint, esse omnino validam, & tolerabilem, quam revera & de ea legitime constitit; quia tunc cessant attentata, & ita fuisse decium in Rota, in una Pampilon. Parochial. 16. Junii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, testatur Gonzal. supra, & in alia Compostellana, de qua Garcia d. n. 29. cum fat sit talis consuetudo laudabilis ac evitandum præjudicium, imminens Ecclesiæ periculum ex diurna vacatione, cap. si Apostolica 35. de præbend. lib. 6. cap. quam sit 6. c. ut circa 4. de electione lib. 6. cap. nuper defectu cum inter universas

276 de electione in decret. cap. postquam 50. distin. nam res publica læditur, si diu beneficia vacant. Joan. Monach. in c. 1. n. 25. de concessione præbendæ, & ideo si pro hujusmodi appellationis delatione Curia Regia adeatur, si ex actis apparuerit de hujusmodi consuetudine exequendi sententias, vim nullam adesse, declarabitur, alios DD. citavimus in proposito hæc 2. p. c. 8. nu. fin. Pariter & idem dicendum est, & probandum in statuto seu constitutione Synodali, disponente hujusmodi diffinitivas sententias executioni mandandas. ut Lancelot. de attent. 2. p. cap. 12. limit. 48. nu. 7. Hieronym. Gonzalez supra n. 213. Nicolaus Garcia d. c. 2. nu. 30. & pluries ita sensisse Rotam, cujus decisiones referunt: testanturque ipsi, immo talis constitutio Synodalis, seu statutum foret autoritate Apostolica confirmatum, seu confirmata, aut longo tempore observata, ut probat Gonz. ibi num. 214. & seq. quidquid censetur Garcia d. nu. 31. ad fin.

278 Qui tamen in hoc libenter conveniunt, ut statuti, vel constitutionis dispositio debeat esse clara, non dubia, nec turbida, sed clarè disponens ex Rota decisione

279 ibi per eos; sufficit tamen si sublati fuerit appellatio per verba æquipollentia, ut puta, quod denegetur audientia in agendo, & deferendo, de quo nos hæc 2. p. cap. 8. per totum, vel quod sit remota contradictio, & omnis querela, ut post Bald. Franchum, Decium, & alios, concludit Lancel. de attent. 2. p. c. 12. limit. 8. n.

281 4. & 5. vel si dixerit, quod sententia lata executioni mandetur, quamvis non declarat appellationem remotam. Jaf. conf. 187. circa primum sub n. 2. ad medium, vers. similiter lib. 1. Lancel. d. 2. p. cap. 12. limit. 53. n. 63. an autem hujusmodi Synodalis constitutio, seu statutum clara dicentur, si disponant per dictionem (statim) vide latè per Gonz. d. 216. & seq. ubi cum Rota & rationibus ibi negativè resolvit, de quo nos alibi, ubi quid verius sit, diximus 3. p. cap. 7. à n. 39. cum seqq.

Hujus etiam fatinæ est, an appellatione pendente 282 ab hujusmodi sententiis diffinitivis, latè in provisione beneficiorum, & Capellaniarum, dicitur attentata executio, & possessio, & cætera postmodum gesta, quando fundator Capellaniam, & beneficii removit appellationem, in fundatione. Et dico quod non, quia fundatoris dispositioni omnimodo est standum, ut scilicet, non obstante appellatione, sententia lata exequatur absque reatu violentiæ, ita in terminis resolvit Lancelot. de attent. 2. part. c. 12. limit. 8. n. 7. quem sequuntur Gonzalez d. gloss. 9. n. 216. & Garcia n. 31. ad fin. 283 nam fundator beneficii in fundatione potest apponere quascumque voluerit leges, & conditiones: cap. præterea c. 2. de jure patron. cap. quanto de censibus, & Trid. sess. 25. de reformat. c. 5. & sess. 22. c. 9. de reformatione. Rota decis. 2. de testam. in antiq. Rochus de Curte de jure pat. verbo pro eo quod, n. 25. & seq. Rota decis. de præbend. in novis. Joan. conf. 1. n. 2. & conf. 2. n. 1. bene Navarr. in conf. 8. de præben. incipit, Ecclesia collegiata. Caputaq. decis. 290. part. 2. Lambert. de jure patron. lib. 1. q. 6. prim. à n. 49. & per totam.

Illud tandem ad materiam hujus capitis restat scire, 284 an per appellationem emissam ab actibus extrajudicialibus, negotium fiat judiciale, & litigiosum, vel quando post ejus interpositionem litis pendentiæ inducatur, & facit difficultas, quia cum per appellationis interpositionem non inchoatur processus, nec super appellationem, sed est quoddam præparatorium ad illum, Bartol. post glossam in l. invitus 2. colum. in princ. vers. sculo oppono 3. Cod. de procura. Bertach. verbo appellatio dicitur sub nu. 10. ad medium, imò & ipsa commisionis, & rescripti imperatio, est actus extrajudicialis, Rota decisione 6. sub nu. 2. vers. sculo & quia rescripti imperatio non est actus judicialis, sed extrajudicialis. Felin. post alios in cap. quoniam contra sub num. 8. de 286 probationibus, item nec datio Apostolorum est actus judicialis. Rota decis. 82. & decis. 88. de appellatio. antiq. Hieronym. Gonz. de mens. altern. gloss. 9. in annot. n. 22. & 23. Hinc est ut in difficultate proposita variz sint, contrariæ, atque diversæ opiniones, de quas ad longum videre poteris per Lancel. Robert. de attent. 2. p. cap. 4. lite pend. in præfatione n. 187. usque ad n. 107. ubi quinque ad id refert opiniones. Illud tamen est apud omnes indubitatum, ut per appellationem extrajudicalem impetrationem rescripti seu commisionis, & citationem ejus virtute legitime exequantur, si dicatur pendere, & res effici litigiosa, designatque actus extrajudicialis esse, ut & hæc etiam deduces ex his, quæ latè ipse Lancelot. post alios loco proxime citato à num. 28. cum pluribus seqq.

Adverte denique, quod cum actus extrajudicialis 288 non dicatur lis introducta, nec pendere, ut notat communiter Doctores in cap. de electione lib. 6. Lambert. de jur. pat. lib. 2. p. 2. princ. art. 3. n. 3. & per totum. & art. 6. n. 3. Lancel. Robert. de attent. 2. p. c. 4. in præfatione n. 275. post alios quos ipse allegat, & nos etiam ad 289 ximus supra ad princ. hujus capitis, sic nec actus extrajudicialis, vel declaratio interruptit præscriptionem regulæ de triennali, Pureus decisione 174. nu. 4. & 5. nec ullam aliam præscriptionem interruptit denuntiatio, aut testatio extrajudicialis, l. alienam. ff. pro emptore. cap. nihil de præscriptio. ubi latè Felin. 5. & idem Felin. in cap. illud sub n. 17. vers. sculo decimagma conclusio eodem titulo de præscriptione. Franciscus Bald. in tractatu de præscriptio. 3. part. 6. part. princ. quæst. 4. n. 18. & 19. cum sequentibus, ubi multis aliis modis declarat Gonzalez supra nu. 33. & 34. ex quo dum ego ad ali- 291 quando in hoc tribunali dubitatum fuisset, an decretum ordinarium, quo utuntur supremi ejus auditores in adimenda vi illata, sive in personis secularibus, sive Ecclesiasticis, sive in profanis, sive in spiritualibus, & Religiosis, ut videre est de ejus natura apud Rodrig. de

de annis redd. lib. 2. cap. 17. cujus & mirificum, & longum libellum confect doctissimus, & prudentissimus Licent. Alvarus de Paz de Quinones meritisissimus olim hujus Regalis, & supremæ Curie Senator amplissimus postea in Vallisoleta Cancellaria Auditor, vel dum ipsius cognitio pendet, intercumpat præscriptionem; respondi interrogatus, quod non, ex proximè dictis, juncto eo, quod in præfato secreto non proceditur judicialiter, sed extrajudicialiter, per modum extraordinariæ, & extrajudicialis defensionis, ut per Rod. supra, & Doctores ad eo citatos, & est notissimum apud nos, & maxime quia hoc decretum nullum gerit præjudicium, nec quoad possessionem, nec quoad proprietatem, ut ex ejus conceptione, detegitur ibi, consista de no le molestiar, &c. sin perjuvicio & de su de recho, essi in possessione como en propiedad, & hoc jure utimur. Hactenus de actibus extrajudicialibus, alios autem nonnullos poteris videre in duobus his proximis sequentibus capitulis.

292 Unum tamen obiter est notandum, quod ut memorabile mirum in modum intulit, & exclamant Marant. & Vestrius statim citandi, quod in causis beneficiabilibus appellatio extrajudicialis vim citationis habet, adeo ut appellatus comparere teneatur coram judice ad quem, absque alia aliqua citatione, aliàs in ejus contumacia procedi poterit, in quo & non paucos decipi, spectantes, & imputantes iterum citari debere, ideoque in judicio sui copiam facere neglecti, lis absque contradicte agit, & facileque appellans obtinet, sicque pluries se in Romana Curia decium vidisse, testatur ipse Maranta in praxi 6. part. princ. vers. sculo & quandoque appellatur n. 258. & 279. fol. 1501. eleganter post eum Ant. Cravet. in additio. ad praxim Vestrii lib. 3. c. 7. n. 4. post Abb. in cap. cum sit Romana n. 10. de appellat. & per eundem Marant. Scaccia de appellat. quæst. 17. ampliat. 16. à n. 44. Philip. Franc. in c. bon. memoriæ 51. sub nu. 17. vers. sculo sed conclude sic, de appellat. Greg. Tholosa. tract. de appellatio. lib. 1. cap. 11. sub n. 3. vers. scul. i. differentia fol. 86. & quod hujusmodi appellatio extrajudicialis in beneficiabilibus habeat vim citationis, & devolvat causam ad Curiam tenet Rota, teste Caputaq. decis. 35. appellaverat n. 1. part. 1. Achilles Grassis decis. 14. præbend. n. 2. de appella. & decis. 5. alias 231. appellatio extrajudicialis n. 1. & 2. de appellatio fol. 106.

293 Sarnerius de triennali q. 54. vol. 4. in fin. Gratian. obiter disceptat forens. tom. 1. c. 66. sub n. 38. ubi tractat, an & quando appellatio extrajudicialis inducat litis pendentiæ, ex Sarnerio excipit appellationes extrajudiciales in causis beneficiabilibus.

294 Quibus convenit, quod appellatio extrajudicialis non est proprie appellatio, sed provocatio secundum Innocent. in cap. cum sit Romana num. 1. & Abb. n. 21. in fin. & rursus ipse Abb. in cap. bonæ memoriæ 51. n. 5. & 8. Decius nu. 20. in condifferentia, de appellat. Cæsar. Contard. in leg. unica limit. 15. nu. 3. Cod. si de moment. poss. & ex hoc provocatio hæc: sive appellatio extrajudicialis cum proponatur in judicio, causa non cepta, sed ante illam, ut supra diximus, ideo dicitur provocatio ad causam incipiendam. Innoc. in dict. cap. cum sit Romana 5. sub nu. 1. Abb. nu. 21. ad fin. Joan. Ferrar. tract. de appellat. cap. 3. n. 17. tom. 5. folio 64. & 295 est veluti prævia ad litem incipiendam, ideo habet vim citationis, tenent Gemina. in cap. 1. n. 5. vers. sculo nota incidenter, de appellat. in 6. Gregorius Tholosa. tractat. de alienatione lib. 1. cap. 11. sub nu. 3. vers. sculo prima differentia fol. 86. Scaccia de appellat. quæst. 2. nu. 34. n. 39.

296 & 49. ubi quod quando provocatur ab actu partis, appellatur ad judicem ipsius partis superiorem; quando autem a judice extrajudicialiter procedente, appellatur ad superiorem ipsius.

297 Et his adde, quod licet appellatio judicialis non interponatur à gravamine de futuro, sed de præterito,

vel præteriti illato, extra ea quæ latè diximus supra c. 2. à princ. 2. p. extrajudicialis tamen interponi potest à gravamine de futuro, quo, scilicet, quis timet gravari, Philip. Franch. in cap. bonæ memoriæ, sub nu. 16. & 17. vers. sculo concludes 11. & idem Franch. in d. consuluit el. 2. sub nu. 4. vers. qui autem sit, & iterum in c. dilecto 63. notab. 7. vers. sculo, de quo tamen de appellat. Natta conf. 606. approbo in fin. n. 14. Scaccia de appellat. q. 21. n. 43. Cæsar. Contard. in l. unica limit. 25. sub nu. 3. si de momen. poss. & nos diximus supra d. c. 2. num. 19. & sufficit etiam, quod hæc extrajudicialis appellatio non proponatur à præcedenti gravamine, ex causa vera & legitima, prout in judiciali; sed sufficit quod causa sit verisimilis & probabilis, Scaccia ubi proxime num. 41. Franch. in d. cap. bonæ memoriæ sub n. 7. & ibi Decius sub n. 17. nota. ultim. Felinus in cap. 1. sub n. 3. consideratione 2. de appell. Gregor. Tholosa. tit. de appellat. lib. 1. c. 16. n. 8. differentia 6.

CAPUT XIV.

A decretis Ordinarij, puta, super alienatione rerum Ecclesiasticarum, donatione juris patronatus, & similibus appellationi interpositæ, an si non deferat judex, vim faciat?

SUMMARIUM.

- 1 Decreta judicis sunt actus extrajudiciales.
- 2 Decreta super alienatione rerum, aut Ecclesia, aut minoris extrajudicialiter absque alterius citatione, est extrajudicialis informatio.
- 3 Idem & in delegato, cui dirigitur commissio, ut se informet de utilitate ad alienandum.
- 4 Testes pro sola instructione judicis, & ejus animi motu sine partis citatione possunt recipi.
- 5 Informatio pro judicis instructione nullam habet formam judicii.
- 6 Informationis summaria exceptio super infamia delecti ad effectum relaxandi mandatum de personali ter comparando, est omnino extrajudicialis.
- 7 Ad informationem pro instructione judicis, & ejus animi motu, testes non jurati recipiuntur.
- 8 Testibus non juratis potest credere judex deputatus ad conferendum beneficium cum clausula (si idoneum invenieris.)
- 9 Ex testibus non juratis informatur conscientia judicis.
- 10 Testes requiruntur jurati, si princeps mandat alicui ut se diligenter informet.
- 11 Decretum super alienatione rei Ecclesiæ aut minoris, & super transactione, aut confirmatione alicujus actus, &c. est extrajudicialis.
- 12 Decreta judicis in quibus casibus sint necessaria, & quando in eis procedatur, remissivè.
- 13 Extrajudicialis actus non recipit appellationem suspensivam.
- 14 A decretis super alienatione, &c. appellationi non est deferendum, ut suspendat.
- 15 Ab insinuationis donationis decretis appellari non licet.
- 16 Ab insinuationis decreto donans appellare non potest.
- 17 Decretum in judicio est interlocutoria.
- 18 Decreta super alienatione, &c. non sunt interlocutoria, sed vim earum obtinent.
- 19 Decreta super alienatione, &c. nullius sunt præjudicii, sed semper intelliguntur absque tertii præjudicio.
- 20 Confirmatio non tollit defectum rei confirmatæ extra confirmationem.
- 21 Decreta super alienatione, &c. non impediunt, ut aliter possit contra eam venire.

- 22 Decreta super alienatione, &c. non transeunt in rem iudicatam.
- 23 Solemnitates, & decreta enuntiata in alienatione rerum Ecclesiasticarum probant, donec de contrario doceatur.
- 24 Solemnitatibus enuntiatis in specie per tabellionem statur, licet non in genere.
- 25 Solemnitatem enuntiata per iudicem in specie an requiratur, vel in genere an sufficiat.
- 26 Executio non impeditur ob modicum prejudicium.
- 27 Decreta super alienatione, &c. expenduntur per modum voluntariae jurisdictionis.
- 28 In his, quae voluntariae sunt jurisdictionis, iudici permittitur innovare.
- 29 A factis merè voluntario appellatio non permittitur.
- 30 & 31 Decreta super alienatione, &c. expedita in contradictorio iudicio recipiunt appellationem.
- 32 Actus voluntariae jurisdictionis per comparationem contradictoriorum efficitur contentiosi.
- 33 Assertioni executoris se informasse de utilitate Ecclesiae pro alienatione statur, & pro ejus decreto praesumitur.
- 34 Dummodo tempus praecesserit, quo verisimiliter capi potuit extrajudicialis informatio.
- 35 Vel dummodo contrarium non probetur.
- 36 Executor super alienationis utilitate si non adest contradictor potest sine citatione procedere etiam si adest clausula (vocat is vocandis.)
- 37 Executor sine alienatione, &c. cum clausula (citatus citandis) est mixtus, si adest contradictor, & cuius interest, est citandus.
- 38 Executor super alienatione processit factio, & formato absque tamen alicujus citatione, quia nullus adest contradictor, nec ad id tenetur, an sit standum.
- 39 A confirmatione donationis aut cessionis juris patronatus, appellationi non deferens ordinarius, an vim faciat.
- 40 Juris patronatus donationi si ordinarius non praestet assensum, potest per superiorem ad id compelli.
- 41 Ab eo licet tunc appellare.
- 42 Confirmatio donationis juris patronatus, recipit appellationem, si fiat cum legitimo contradicte.
- 43 Executor datus pro confirmatione donationis juris patronatus procedit extrajudicialiter, & tunc ab eo non appellatur.
- 44 Secus ab eo procedente judicialiter.

HEC quaestio licet ejusdem sit farinae materiae, cujus & est proximè antecedens, quoniam tamen specialem requirit mentionem ejus, & nos sequimur appetitum, in cujus implementum suppono; quod omnia iudicis decreta sua sunt natura actus extrajudiciales, in quorum dispositione, ac interpositione iudex extrajudicialiter procedit; ita affirmant Decius in rubric. de iudicis in decreta lectura 1. num. 4. & lectura 2. in 3. sequitur Paz in practi. 3. tom. annotatione 1. de iudicio n. 9. dicentes decreta iudicis super praedictis minorum; vel Ecclesiarum distrahendis, pro exequentis sententis contra eos latis; esse actus extrajudiciales, ac praeterea nec eis convenire iudicii destinationem, de quorum decretorum natura tractat Bald. in l. ne quicquam, §. ubi decretum, ff. de offic. proconsulis, & legat. Mathaeus de Afflicis decis. 261.

Et propterea in eorum expeditione, ac interpositione, non adhibetur causa cognitio judicialis, sed extrajudicialis informatio tantum absque alicujus citatione. ut probat celebris doctrina Abb. Panorm. elegantissimi conf. 41. incipit, videntium, num. 1. ante fin. versic. ex quibus verbis part. 1. quod consilium commendat Decius conf. 341. n. 12. Capicinus decis. 16. n. 4. Puteus decis.

432. lib. 2. & Rota in una Ragulina Emphyteusis 20. Junii 1578. quae habetur l. p. divers. decis. 472. & praefatam Abbatis doctrinam iterum canonizavit Rota in una Laodicea, praesentis aetatis coram Orando 20. Jun. 1596. ut testatur Hieronym. Gonzal. in reg. d. mens. 7. proemia. n. 233. ejus etiam meminit, & movet Rota in decis. 166. sub n. 7. & 8. p. 2. diversorum.

Et cum hoc demus in iudicio ordinario, melius & commodius praemittendum est in delegato; cui restrictae jurisdictionis potestati semper interpretationem faciamus, ac ideo delegatus, cui aliquis actus extrajudicialis committitur, eadem potestate in eo uti debet, qua uteretur committens, ut in his terminis probat Abb. in dict. conf. 41. propterea delegatus cui Para committit, ut se diligenter informet de utilitate Ecclesiae, & si repererit in evidentem utilitatem Ecclesiae cedere alienationem, eam confirmet, seu licentiam alienandi concedat, satis est, ut adhibeat cognitionem extrajudicialem absque citatione, & pro ejus decreto praesumitur absque processu, maxime si asseveretur adhibuisse causae cognitionem, seu se infamasse, ut ex eodem Abb. consilio ultra superius citato probat Hier. Gonzal. supra, & optimè determinavit Rota in d. Ragulina Emphyteusis, & in una Anconitana terrarum de anno 1577. & in una Romana devolutionis 20. Maii 1582. quae est 636. n. 1. & 4. p. diversorum, & in alia Averfana Tenimenti, 15. Febr. & 15. Maii 1582. quae est in impressis 716. n. d. 1. p. diversorum. Ex quibus constat cavendum esse à Rotae decisione, cujus supra meminimus, dum innuere videtur, non sufficere extrajudicialem informationem rerum Ecclesiae secundum constitutionem Paulinam, nisi in rescripto (si in evidentem) illi derogetur, & specialiter concedatur facultas extrajudicialiter se informandi, cui standum non est, cum tor decisionibus contrarium fit decitum, auctoritatibus vallatum, & ex infra dicendis apparebit.

Et cum ut vides, in hujusmodi decretis procedatur extrajudicialiter, nil mirum, ut partis citatio nulla requiratur, quia hic agitur de solo superioris formando animo, & satisfaciendo propriae iudicis conscientiae, in quo articulo illa inter Doctores immutabilis regula, quod testibus receptis pro informatione, & institutione iudicis, aut curiae, possunt sine dubio absque partis citatione recipi, & examinari Bald. in l. 3. §. si tibi col. 2. vers. sed pone, juncto vers. sed an ista compulsiōne debeat pars citari, ff. de conditionib. ob turp. causam, sequitur Alber. de Malet. in tract. de testibus, c. 7. post 28. 38. & seqq. Et reddunt rationem, quia haec informatio, & instructio Curiae vel iudicis, non habet in se formam iudicij, vel processus, ideo citationem non requirit, Angel. de malefic. in verbo quod forma publica nu. 11. ubi quod cauti iudices aetatequam forment inquisitionem, recipiunt informationem à testibus inscriptis, non citata parte, ne postea dicant contrarium, quod & ante eum Salicet. in fm. l. in fm. Cod. de q. Morf. in l. de unoquoque n. 75. vers. dicitur tamen ff. de re jud. & post. n. 81. Bonifac. de Vital. in elem. 2. n. 89. Maranta de ordine jud. 6. p. memb. 1. rub. de citatio. n. 20. Masar. de probat. lib. 1. in praefatione q. 5. n. 39. & lib. 3. concl. 1366. n. 6. & ita servari etiam in statu Ecclesiastico testatur Fl. M. Contar. in tract. de executione sententiae, cap. fin. n. 175. & in pract. inter. reorum, lib. 3. cap. 3. n. 61. Bertazzo conf. 553. n. 4. vers. 2. dato lib. 2. videnda etiam quae in hunc finem postalios congerit Marese varior. resol. lib. 2. c. 1. n. 151.

Et hinc intelligitur doctrina, quam docuit Rota 16. sub num. 1. de iudicis novis, cujus meminit Gonzal. in regul. de mensib. alter. gloss. 9. in annot. n. 24. dicens, quod informatio summariae receptio super infamia delicti, ad effectum relaxandi mandatum de personaliter comparando, sit omnino actus extrajudicialis, non judicialis, quam ex proximè dictis intelligere, & declarare potestis.

Quod

7 Quod & in tantum praefata doctrina est vera, & recepta communiter, ut in hujusmodi informatione pro satisfactione, & institutione iudicis, seu ejus animo informando testes recipi possint absque juramento, quod & generaliter verum est, ut per gloss. in cap. 1. §. si duo in vers. testamentum, de pace jur. firm. addition. ad Bart. in l. jusjurandi in additione magna, vers. quid autem informationes C. de testibus, lll. in l. admonendi, in 2. lectura, nu. 230. & seqq. & n. 223. de jur. juran. ubi inferi.

8 ad iudicem deputatum ad conferendum beneficium, cum clausula (si eum idoneum inveneris,) quod potest tunc credere testibus non juratis, quod idem & voluerunt Addition. ad Abb. in cap. suis el. 3. in 1. additio. n. 234. Malcard. de prob. lib. 3. conclusio. 1362. n. 16.

9 Nam ex testibus non juratis informatur conscientia iudicis, ita docet Ripa in leg. admonendi n. 197. de jur. jurat. Romanus ibi n. 99. versiculo, sed si non deponunt: quod testes non jurati recipiuntur, non ad plenam informationem, sed ad iudicis informationem, Felin. in d. c. tuis post numerum 2. versic. aliud est quando agitur Campeg. de testibus, regula 167. post versiculum testi. si non fuerit juratus, in 7. fall. Catteda Cotta in memorabilibus versiculo testi non jurato, ad finem vers. notandum est unus casus. Socius in regul. 424. in 4. fallen.

Hec tamen ultima doctrina & conclusio de testibus non juratis videtur non posse adaptari ad commissiones, de quibus nos agimus super alienationem rerum Ecclesiasticarum, & similibus, cum magis frequenter soleant his verbis concipi; nempe ut te diligenter informes de utilitate, &c. nam his inspectis, si his verbis concipiuntur, non procedit. Enim verò quando Principes mandat alicui, ut se diligenter informet; tunc necessarium est juramentum in testibus, ut tenet Socin. loco proximè citato. Blanc. de iudicis num. 328. practica Conrad. rubrica de testibus num. 11. & quando Pontifex. Monticel. in reperto. testium, rubrica, jurare debet testis, fol. 127. colum. 1. vers. 3. Alex. Sitatic. in practico. iudic. c. 16. num. 80. Malcard. de probatio. lib. 2. concl. 1362. n. 14. & 15.

11 Cum igitur appareat; esse actus extrajudiciales, puta, decretum super alienationem rerum Ecclesiasticarum, & minoris, ut l. 1. ob as alienum C. de praedictis mil. l. quae tutores C. de admin. iuro. decretum quod interponitur in translatione rei stabili minoris per Bald. in leg. praes. C. de transact. decretum ad confirmationem alicujus actus, de quo Bald. in l. non aliter C. de adoptio. idem in l. 1. nequidquam §. ubi decretum ff. de officio proconsul. & legat. col. 1. sub vers. sexto, & vers. decimo & ultimo dicitur decretum, confirmatio, & iterum n. 2. ad si. per textum in l. in hac consultiissima §. pen. vers. decernimus, C. de test. Mathaeus de Afflicis decis. 261. vers. item decretum ad confirmationem actus, qui quidem per totam illam decisionem alia plurima decreta super alienationem futurorum transactione, juxta l. cum bi ff. de transact. & de decreto in inventario tutoris; decretum insinuationis, &c. conjicit in unum, ut per te videbit, & de variis decretorum speciebus, & in quibus casibus locum habeant, & de singulorum natura, & modo procedendi vide latissime per Simoncillum in special. tr. de decretis, & praecipue in praefatione, sunt necessarii regulanda secundum naturam extrajudicialium, & sub ipsorum regulis continenda, dictantibus ab actibus extrajudicialiter gestis appellatione suspensivo effectu carere, secundum glossam ab omnibus receptam communiter, in c. non solum de appellat. lib. 6. Abb. in eum nobis, col. 5. de electione, Philip. Franc. post alios in c. bonus, col. 5. de appell. ubi etiam Praepositus qui de communi testatur, Guido Papae confil. 138. Roma. decis. 34. all. 344. licet de appellat. in nov. Nicol. Milis in repertorio verbo attentata post. appell. fol. 30. Vestr. in praxi Romae Curiae, lib. 8. c. penult. ut lite pendente, & Salgado de Protect. Reg.

verum de attent. sub n. 9. vers. idem si post appellationem extrajudicialem; Cov. in pract. quae. 24. num. 5. Lanc. Robert. de arent. 2. part. c. 12. limit. & alii plures ab eisdem relati, & quos nos supra in cap. praecedenti d. princ. & per totum discursum concessimus.

Et in terminis, ut à praefatis decretis iudicium, & 14 eorum expeditione non liceat appellari, & saltem quoad hoc: ut ea appellatione non obstant exequutioni demandentur absque reatu attentati, probant Nicolaus de Afflicis decis. 261. in princ. cujus superius meminimus, idem tenet etiam Marant. de ord. iudicio. 6. part. it. de sentent. n. 29. fol. mih. 524. licet eorum neuter dictas jam, & dicendas rationes consideravit.

Et comprobatur, quod decreto insinuationis donationis nullus potest interponere appellationem, scilicet, non confluente, quia non gravatur, nec ex eo, quod confluente sint donatoris, gravamen aliquod recipere possunt, nam potest quis de sua re liberè disponere l. in re mandata C. manda. etiam abutendo l. sed & si §. consultat, de petitione heredi. & iudex ex illa ostensione donationis nihil contra partem agit, ergo cum eam non gravat, non appellet: quod si fecerit, perperam appellari decretur. l. i. in princ. ff. de appell. recip. 16 quia non habent interesse, nec donans appellabit, quia donando actui consentit, l. generaliter §. 1. de rebus creditis. quapropter nec iste nec illi appellare possunt ab hoc decreto, ita Anton. de Canario in tract. de insinuatione q. 2. sequitur Rebuff. in commentar. tract. de donat. insinuation. art. 1. gloss. l. n. 11. 2. part.

Desuper comprobatur, quod licet decretum quod 17 à iudice in iudicio interponitur, sit vera interlocutoria adeo ut quoque tempore possit eam revocare, ut in l. si opus ff. de operis nova nunt. & quod notatur in leg. praesent. Cod. de his qui ad Ecclesiam confug. & declarat Philip. Franc. inc. cum cessante, vol. 3. versic. 15. decretum de appellat. fol. 73. Melius & latius lll. in l. nequidquam §. ubi decretum col. ff. de offic. procon. Franc. de Aret. in l. is ad quem ff. de acquir. hered. & exactè explicat Marant. de ordine jud. d. 6. part. tit. de sententia n. 29. Pro quibus est text. in l. qualem in ff. de arbit. & gloss. in §. si quis autem, in auth. de haec. & falc. cujus reddunt exempla, ipse praecipue Marant. tamen haec, de quibus nos agimus, decreta super alienat. rerum Ecclesiae, vel minoris, confirmatione donationis, & simili, quae interponuntur à iudice extrajudicialiter pro solemnitate tantum actus, & contractuum, adhuc non sunt vere interlocutoriae, sed ejus vim habent, quemadmodum ceteri actus judiciales, ut de extrajudiciali confirmationis decreto, ita declarat Philip. Franc. in cap. constituitis el. 2. colum. 4. versic. adverte quia post Hostiens. & Imol. ibi de appell. exactius Lambert. de iure patro. art. 4. et. quae. princ. 2. p. lib. 2. Philip. Franc. Garcia & omnes in in c. fin. de electione, l. 6. cum gloss. ubi verbo, inanes, quae minoris effectus sunt, cum habeant se respectivè respectu interlocutoriarum, quod interlocutoriae habentes vim definitivae, ac ideo quemadmodum interlocutoris appellatio non est licita, ut text. in l. ante sententiam, & l. ante sententiae tempus & Concilium Tridentinum session. 74. de reformatione, c. 20. pariter imò fortius in his decretis affirmandum est.

Ceterum quia ista decreta nullius sunt praedicti 19 cum semper intelligantur concessa cum clausula absque praedictio tertii, ut de decreto confirmationis docet Bald. in l. 1. in princ. ff. de constit. Prin. ipsum Andr. Barbo. confil. scripsi penult. col. post. consilium 103. Alexand. 4. part. Barthol. Socinus confil. 114. vija Bulla Bonifacii versic. sed ad hanc objectionem in 3. p. & hinc est ut confirmans nihil novi dat, & si aliter actus aliquem patiebatur defectum ultra confirmationem, post eam etiam intelligitur durare, & afferri, ita Bald. in c. d. cum de decimis, ubi Abb. n. 11. dicit hanc esse h. j. vocatuli

C c (confir-

poterat, nec Episcopi consensus aliquid operabitur, quia confirmatum adum, quem ille facit; sed ille nihil agit, nec consensus aliquoties suffragabitur; quia confirmans nihil de novo agit, sed tantum autorizat rei existentem, & sic non existentem non prodest, c. inter dilectos, de fide instrumento. & per totum titulum de confirmatione ut illi vel inutili: conferunt ad hoc etiam quae nos superius adduximus, ubi etiam quod per hoc confirmationis decretum extrajudicialiter expeditum, nihil juris alterius detrahatur, imò maneat illatum, istudque decretum nihil ponit in esse, quantum ad jus tertii, sed solum esse quaedam auctoritas, quam praestare nullo modo potest Episcopus, se excusari, quod si fecerit & absque iusta & rationabili causa, potest adiri superior, qui aut eum compellat ad consentiendum, aut vel ipsemet consentiat: de quo est text. in c. nullus de iure patronat. ubi Doctores omnes, & praecipue Abb. ita exacte Lamber. (plures & utiles ex eo deducens quaestiones) in 20. art. 1. q. princ. 2. p. dist. lib. 1. n. 46. hoc declarat, ut in casibus, in quibus potest adiri superior, propter denegatam confirmationem, consensum, consilium, licentiam, auctoritatem, absolutionem, & similia (ad quae extenditur dispositio d. c. nullus, ut alios ipse ibi n. fi.) sit omnino adeundus per viam querelae; & non per viam appellationis, ita etiam tenet Barba. in c. ceterum n. 11. colum. versiculo tu adde, de iudicis, dicit plura quae per te ipsum vide, sed contrarium verius est, imò per viam appellationis posse adiri, ut ex multis probamus infra cap. sequenti circa licentiam denegatam beneficiario, ut possit abesse à beneficio, ut ibi latissime videbis à n. 27. & sursum.

40 Hae tamen doctrina eandem distinctionem, seu declarationem pati, dubium non est, quam caetera decreta, & praecipue confirmationis patiuntur, prout satis remanet probatum superius, dum firmavimus, ut scilicet procedat, quando expediatur sua primæva natura retenta, scilicet extrajudicialitatis, & absque contradictore; si verò contradictor apparet, allegans legitimas exceptiones, cum judicialiter super eis debeat procedere ordinarius, & causa per diffinitivam terminanda, utique appellatio suos habet effectus; multæ enim sunt legitimæ executiones, quæ huiusmodi confirmationis decreto possunt opponi ab interesse habente, ut quando facta sunt donatio juris patronatus sine dicto Episcopi consensu, & postmodum facta est alteri illi interveniente, ut primus si petat confirmationem; secundus possit legitime contradicere, cum sua donatio prævaluisse, de quo per Lambert. supra 19. art. 1. q. princ. d. 2. p. d. lib. 1. & de aliis exemplis videre poteris ibi art. 18. & per totos articulos, ubi de legitimis exceptionibus ubi contabatur.

41 Et in terminis nostri dubii ultra doctrinas & auctoritates supra ad ductas, magis in specie probatur in una Rotæ decisi. Lucana plebis seu Parochialis 8. Junii 1772. coram Domino Lanceloto, seu Benarino, ex qua apparet, quòd cum fuisset datus delegatus à Papa, ut confirmaret donationem juris patronatus, & ipse ad eam processisset judicialiter, voluerit confirmationis, & institutionis sententiam exequi, appellatione pendente, & Rotæ decrevit in hæc verba: Domini dixerunt possessionem esse attentatam, quia esset appellatio pendente, non obstat quòd ordinarius processerit tanquam exequatur deputatus in confirmatione donationis, quia hoc non procedit, quando assumit partes iudicis, Felin. in cap. fin. de præsumptione & pronuntiavit parte citata institutionem faciendam, non obstat, &c. (& ibi, secus in casu isto in quo agitur de iure patronatus, & institutione faciendâ vigore illius, &c.) quam decisionem aliud agens adducit ad litteram Nicolaus Garcia de benef. 4. p. c. 9. n. 18.

42 Ex quo duo utiliter colliguntur simul ad nostrum propositum, ut exequatur datus ad confirmationem

hujusmodi donationis, procedere potest extrajudicialiter & de facto, & ob id ab illo minime potest appellari. Secundum; ut quando procedit judicialiter cum partis citatione, & cum diffinitiva in contradictorio iudicio, & ob id causa effectus fuit appellabilis, quæ decessio rectè probat huius dubii resolutionem, convenitque cum aliis decisionibus, quæ ad eandem doctrinam supra adduximus, & ita deneganda est iudicis violentia in huiusmodi decreti appellatione, ex modo etiam procedendi, quo fuit usus, an judiciali, ut tunc appellatio delationem desideret, an extrajudiciali absque contradictore, ut tunc vix non fieri debeat, prout etiam præfatum dubium, quando de eo fuit consultus, resoluti, respondens.

CAPUT XV.

A mandato de residendo beneficium; vel de ordinando de ordine ei necessario, ac etiam a visitatione, an vis fiat, si appellationi interposita minime sit à iudice delatum.

SUMMARIUM.

- 1 Residencia beneficii præceptum est sententia interlocutoria habens vim diffinitivam.
- 2 Residencia præceptum si expeditur absque causæ cognitione, est actus extrajudicialis.
- 3 Residencia præceptum non requirit citationem judiciali.
- 4 Residencia præceptum non suspenditur per appellationem, sed ea non obstante opponitur beneficio substituitur. Concil. Trident. sess. 23. de reform. c. 1. circa residentia præcepta explanatur, ibid.
- 5 Residencia ob ipso præcepto non datur appellatio; quominus absens compellatur residere, & detur substitutus congrua portione.
- 6 Residendi à præcepto dicitur frustratoria.
- 7 Appellatio si negatur à causa principali, pariter negata censetur à præambula compulsionem.
- 8 Residencia pœna per diffinitivam imposita in contumaces absentes non recipit appellationem.
- 9 Trident. sess. 23. c. 1. circa non residentes loquens, declarat.
- 10 Residencia neglecta pœnam appellationis & inhibitionem non obstantibus, exequendam contra absentes sive contumaces sive non contumaces, decrevit Senatus supremus.
- 11 Non residentia pœna imposita parochis, non extenditur ad non residentes beneficia simplicia.
- 12 Residencia est de iure divino in animarum curam seu gubernationem habentibus.
- 13 Non residentia pœna non recipit appellationem quoad suspensivum, secus quoad devolutivum.
- 14 Trident. removens appellationem intelligi quoad suspensivum sæpe declaravit sancta Congregatio.
- 15 Residencia monitorium, & præceptum extrajudicialiter expeditur, pœnarum verò impositio per diffinitivam juris ordine servato.
- 16 Non solum in Parochialibus, sed in aliis simplicibus beneficiis.
- 17 Contra non residentem sive sciatur ubi sit sive non, ad beneficii privationem quomodo sit procedendum, & quod tempus absentia requiratur.
- 18 Monitorio trina non est necessaria contra non residentem, sive absentem, sive presentem, sic commode citari potest per locum.
- 19 Et tunc quod tempus absentia requiratur.
- 20 Non residentis citatio ubi agitur ad privationem an sufficiat extrajudicialis.
- 21 Contra non residentem ubi agitur ad privationem fructuum

- 22 Determinatio una respiciens plura determinabilia, illa pariformiter determinat.
- 23 Non residentem monito à quo incipiat currere tempus, quo debet expectari, antequam ad privationem deveniat.
- 24 Contra non residentem sententia privationis, qua non est servatus juris ordo, exequi non potest appellatione pendente.
- 25 Non residens ex iusta tamen causa aut impedimento, seu licentia condemnatus ad privationem, &c. an queat appellationem suspensivam interponere.
- 26 Residencia materia, & qua beneficia illam exigant; & que persona excusentur, & de licentia quando concedenda, vel non, & qui sine ea possunt abesse, & de aliis remissive.
- 27 Licentiam absentia ab ordinario negante appellationi emissa, an sit deferendum.
- 28 Abesse an possit beneficiatus pendente appellatione à denegata licentia.
- 29 Licentiam absentia non sufficit petere, sed & obtinere.
- 30 Appellatione pendente parit & iudici non permittuntur, qua ante appellationem non poterant geri.
- 31 Fructibus & re non privatur quis appellatione pendente.
- 32 Licentia absentia expresse concedenda.
- 33 Actus negativus secum trahit executionem.
- 34 Ab ordinis requisitis suscipiendis decreto appellationi emissa per beneficiatum an sit deferendum.
- 35 Annus ad ordines suscipiendos à quo tempore currere incipiat.
- 36 Ordines quales, & que beneficia requirant, & qua pœna plebantur beneficiati ob non receptos intra annum, & que impedimenta illos excusent, & de aliis huius materie questionibus, remissive.
- 37 Canonici non ordinati non habent vocem in Capitulo.
- 38 A præcepto de suscipiendis ordinibus necessariis appellationi deferendum non est.
- 39 In spiritualibus iudex potest incipere à præcepto.
- 40 Monitorium de ordinibus suscipiendis est actus extrajudicialis.
- 41 Appellationi à mandato de suscipiendis ordinibus deferendum non est.
- 42 Ecclesia favor aut cultus divinus suspendit appellationis effectum, qua non causant attentatum.
- 43 A sententia diffinitiva, qua quis privatur beneficio ob non susceptos ordines necessario appellationi emisse an sit deferendum.
- 44 Ab eo, quod sit in executionem canonicorum decretorum non licet appellare.
- 45 Sententiam privationis, & aliarum pœnarum ob non susceptos ordines intra annum appellatio non suspendit.
- 46 Sententia privationis vel compulsionis suscipiendorum ordinum suspenditur per appellationem, ubi allegatur de legitimo impedimento.
- 47 Quod procedit, quando ex actis evidenter de legitimo impedimento constat.
- 48 & 49 Ab ordinibus susceptis suspensus an pendente appellatione possit accedere ad alios, & an illis potest interim uti.
- 50 A visitatione & morum correctione appellatio, nec inhibito executionem suspendit.
- 51 Trid. sess. 24. de reformat. cap. 10. explanatur, ibid.
- 52 Trid. sess. 13. c. 1. explanatur.
- 52 Remedio ad innocentie præsidium instituto, ad iniunctis defensionem non est abutendum.
- 53 Visitationis, & correctionis causa ante diffinitivam non recipit appellationem.
- 54 & 55. Visitationis causa non suspenditur per appellationem.
- 56 Visitationis diffinitiva admittit appellationem devolutivam, non suspensivam.

- 57 Residencia mandatum in visitatione editum non recipit appellationem.
- 58 Visitatio recipit appellationem, ubi privilegium exceptionis quis docet.
- 59 Trident. sess. 24. de reform. c. 10. declarat, & seqq.
- 60 Privilegium exceptionis si proveniat ab immemoriali, an admittit appellationem à visitatione.
- 61 Visitationem extrajudicialem, & ejus executionem an impediatur appellatio vigore privilegii, & quid in judiciali.
- 62 Visitatio citata parte & cum causa cognitione facta recipit appellationem.
- 63 In visitatione extrajudicialiter facta ordinarii recusatio non advertitur, secus ubi agitur judicialiter.
- 64 Cultus divinus celerem executionem exigit, & non recipit appellationem.
- 65 Visitatio & morum correctio propter excessum admittit appellationem.
- 66 Extrajudicialiter proceditur in visitatione & correctione sui primæva natura attenda.
- 67 Visitationis materia remissive.
- 68 Episcopo asserenti in aliquo casu se procedere per visitationem, statuit quoad appellationis receptionem.
- 69 Trident. sess. 22. de reform. c. 1. circa renovandas pœnas decretorum tralatum de honestate Clericorum appellatione remota.
- 70 A visitationis casibus, quibus appellatio permittitur, causa gravaminis erit exprimenda.

Circa prioris huius capitis partis, de residentia, inspectionem, notandum censo, ut licet præceptum iudicis jubentis, clericus ut residet in beneficio, residentiam sui natura requirentem, sub pœna, & comminatione privationis ejusdem, sit interlocutoria sententia vim diffinitivæ habens, cap. 1. & ibi notat, de cleric. non resident. Panormitan. Decius & alii in c. pervenit de appellation. Barba. in rubrica de sentent. & re iudic. in clem. col. 2. Rebuff. in præfat. l. quod iussit, numero 50. de iudica. à quibus possit appellationem emitti, latè diximus supra, c. 1. lib. 2. p. à principio.

Quod intellige, & declara, tunc hoc præceptum seu monitionem vim habere diffinitivæ, quando scilicet expeditur cum causæ cognitione, aliter namque istum præceptum, seu monitorium est omnino extrajudicialis actus, & extrajudicialiter expeditur, ita tenet Philippi. in c. pervenit, 2. 3. not. de appell. dicens, quòd quando fit præceptum ut aliquis residet in ejus beneficio non requiritur monito, seu citatio judicialis; sed sufficiat extrajudicialiter, & ante fin. ibi in d. c. perv. quòd quando fit præceptum cum causæ cognitione habeat vim diffinitivæ, non aliter, & ibi not. Joan. Andreas per ea quæ habentur in c. dudum, el. 2. de electione. Bartolin. non fuerit, ff. de confessis, & est de mente gl. in c. ex parte in Christo de ver. signif. & Spec. in tit. de appell. §. 1. vers. in quibus bene Abb. in rub. de sent. & re iud. n. 8. post alios.

Tamen iustissimæ rationis motu Alex. III. in c. 4. pervenit, el. 2. de appell. respondit appellationi à monitorio facto absentis canonico, ut in Ecclesia residet minime esse deferendum, sed ea non obstante, posse procedere ordinarius ad compulsionem, & appositionem vicarii, substituti, ut admoniti vices sustineat, assignata ei de fructibus beneficii congrua sustentatione, & si monitus nihilominus nolit monitoriis acquiescere privetur eodem, & alteri, personæ idoneæ conferatur. Idem etiam renovatum fuit sacro Tridentino decreto sess. 23. de reform. c. 1. vers. quod si, in hæc. Quod si per editum citati, etiam non personaliter per contumaces fuerit, liberum esse vult ordinariis per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec executionem hanc quo lib. C c 3 privi.